

Index

muscorum frondosorum in alpibus Norvegiæ meridionalis Lomsfjeldene et Jotunfjeldene hucusque cognitorum.

Auctore **I. Hagen.**

Procul adhuc abest, quin flora bryologica patriæ nostræ satis cognita sit. Plures jam viri sagacissimi laborem curamque laude maxima dignam in muscis investigandis impenderunt, sed ob superficiem terræ latam, asperam, scrutatori difficultates multorum generum præbentem exigua modo pars Norvegiæ sic explorata est, ut muscos ejus bene cognitos esse diceres; tractus Christianiensis et alpes Dovrefjeld, deliciæ illæ botanicorum, soli sunt loci, quorum musci accuratissime investigati sunt.

Jotunfjeldene quoque, alpes Europæ septentrionalis altissimas, quibus montes editiores usque ad Ural et Carpathos frustra quæreret, jam diu attentionem et studium bryologorum attraxisse crederet. Attamen perpauci fuerunt, qui ibi muscos collegerunt. Primus, quantum scio, cl. N. G. Moe, præfectus horti botanici Christianiensis, decennio sexto hujus sæculi in Lomsfjeldene et Jotunfjeldene muscos, ut herbas quoque et lichenes, collegit, sed, exceptis Bryis Moëi, Brownii, Orthotricho macroblephari, messis ejus mihi ignota est. — Dein post lustrum beat. Zetterstedt, anno 1858 mensem in paroecia Lom versatus, præcipue Lomsfjeldene ascendebat atque in Lomseggen, Sulhejms Storhø, Præstsæterfjeldene muscos plures rariores collegit, sed etiam Jotunfjeldene, e. gr. Lauvhø et Hejlstuguhø atque ambitum prædii Røshejm scrutatus est. In descriptione hujus itineris (in Öfversigt af kgl. Vet. Akad. Förh. 1859, pag. 407) numerum muscorum e Lom relatorum
Trykt 28de juni 1889.

129 aestimavit; Orthotricho lævigato autem addito, anno 1862 primum descripto, in 130 augetur, quorum e scriptis et herbario ejus ca. 85 cognovi. - Per viginti annos sequentes nullus bryologus has alpes visitavit, priusquam amic. N. Bryhn annis 1879 et 1880 more recentiorum per medias Jotunfjeldene ambulans, muscos aliquot collegit, quorum plurimos benigne mecum communicavit. — Ipse mensem augusti anni 1887 in Lom transegi, ubi muscos circa Røsheim, in Visdalen ad radices et latus occidentale montis Lauvhø, circa casas alpinas Raubergstulen et Juvvashytten investigans, plures species raras reperi. — Æstate anni sequentis cl. dominæ S. Møller (circum Juvvashytten et Røsheim) et F. Rye (ad lacum Gjendin, in valle Storådalen, prope Røsheim) muscos collegerunt et speciminibus literisve de inventis suis benigne certiorum me fecerunt. — In „Hedwigia“ (t. XXV) cl. Warnstorf muscos nonnullos a d. re Krause in zona alpina tractus Jotunheim lectos commemorat.

Post iter beati Zetterstedti ad hunc diem numerus muscorum ex alpinis illis cognitorum a 130 ad 228 auctus est. Quum autem respicis, hunc numerum ex exploratione paucorum modo mensium effectum esse, et partem alpinum Jotunfjeldene longe maximam adhuc pæne ignotam esse, sine dubio admittes, has regiones scrutatione accuratissima esse dignas. Equidem non dubito, quin laborem visitoris muscis plurimis rarissimis remuneraturæ sint! Ut animos bryologorum in hanc partem patriæ adhuc immerito neglectam adverterem, summam operis jam peracti in catalogum sequentem, muscos frondosos complexum, collegi. (Hepaticas lectas cl. Kaalaa publici juris faciet.)

Rev. Kaurin, bryologo nostro peritissimo et semper ad consilia communicanda prompto, qui in muscis criticis determinandis sæpe me adjuvabat, gratias quam maximas ago; etiam cl. Warnstorf, qui sphagna a me lecta recensuit, gratiam debeo.

Nidarosia die 20 maji 1889.

- F. R.* significat, speciem a cl. domina F. Rye lectam mecumque
communicatam esse.
- S. M.* — — — — S. Møller — —
- Zt.* — — — a beato Zetterstedt (in Öfvers. af kgl.
Vet. Akad. Førh. 1859 pagg. 419-421)
e Lom indicatam esse.
- Zt. hb.* — — — a beat. Z. lectam et inter muscos ab eo
relictos asservatam esse.
- Zt. R. Gr.* — Zetterstedt, Revisio Grimmiearum Scandinaviæ.
! — — speciem a me lectam esse.

-
1. *Sphagnum Girgensohni* Russ. st.: Raubergstulen (altit. 1050 m)!
 2. *S. subsecundum* N. v. Es. st.: Raubergstulen!
 3. *S. squarrosum* Pers. var. *imbricatum* st.: Hofet et Røshejm ad
ripas fluminum!
 4. *S. teres* Ångstr. var. *imbricatum* st.: Galdhø (14—1500 m)!
 5. *S. cuspidatum* Ehrh. var. *mollissimum* st.: Galdhø (ca. 1750 m)!
 6. *Andreæa petrophila* Ehrh. c.fr.: ad rupes frequens!
 7. *A. alpestris* (Thed.) c.fr.: Lauvhø, ad Hejlstugubræen (*Zt. hb.*);
Galdhø!
 8. *A. obovata* Thed. c. fr.: Galdhø (ca. 1600 m)! Fleskenåsdalen
(Bryhn).
 9. *A. Hartmani* Thed. st.: Uladalen sub Simlebræ (Bryhn).
 10. *A. sparsifolia* Zett. c. fr.: Galdhø (1800 m.), ad saxa aqua
nivali irrigata frequens!
 11. *A. Blyttii* Sch. c.fr.: Lomseggen (*Zt. hb.*); Galdhø altit. ca.
1500 m! Prope lacum Juvvatn (*S. M.*); Fleskenåsdalen (Bryhn).
 12. *A. nivalis* Hook. st.: Fleskenåsdalen (Bryhn).

13. *Gymnostomum curvirostre* (Ehrh.) c. fr.: (rarum: Zt.) ad rupes humidas prope Røsheim et in Visdalen pluribus locis!
14. *Dicranoweisia crispula* (Hedw.) c. fr.: (Zt. hb.) Ad saxa frequens usque ad lacum Juvvatn (1876 m), in cujus vicinitate ditissime fructificans *var. atrata* cava inter lapides obducit!
15. *Rhabdoweisia fugax* (Hedw.) c. fr.: Røsheim ad rupem!
16. *Cynodontium torquescens* (Br.) c. fr.: (Zt.) Circum Røsheim frequens! In Visdalen prope pontem fluminis Gokkra (ca. 850 m.)!
17. *C. polycarpum* (Ehrh.) c. fr.: Lomseggen (Zt. hb.).
18. *C. virens* (Sw.) c. fr.: Lomseggen (Zt. hb.). Frequentissimum circa Røsheim, in Visdalen, circa Raubergstulen! Jotunheim in regione alpina (Krause sec. Warnstorf).
var. serratum c. fr.: Visdalen 7—900 m!
19. *C. Wahlenbergii* (Brid.) c. fr.: Raubergstulen!
var. compactum c. fr.: Vetti (Bryhn).
20. *Dichodontium pellucidum* (L.) st.: Hoft, Røsheim!
21. *Ångströmia longipes* (Somft.) c. fr.: ad ripam fluminis Visa prope Hoft caespitem singulum parvulum legi!
22. *Dicranella crispa* (Ehrh.) c. fr.: frequens circa Røsheim, in Visdalen et in Galdhø usque ad 14—1500 m!
23. *D. Schreberi* (Hedw.) c. fr.: prope Hoft!
24. *D. squarrosa* (Stark.) st.: (Zt.) in rivulis supra Raubergstulen!
25. *D. cerviculata* (Hedw.) c. fr.: Raubergstulen!
26. *D. varia* (Hedw.) c. fr.: In Visdalen (ca. 700 m)!
27. *D. subulata* (Hedw.) c. fr.: frequens circa Røsheim, in Visdalen, supra Raubergstulen!
28. *Dicranum fulvellum* (Dicks.) c. fr.: Røsheim (S. M.)
29. *D. Starkei* W. M. c. fr.: (Zt.) Biti (Bryhn).
30. *D. Blyttii* Br. eur. c. fr.: (Zt.) Ad rupem madidam vallis Lejrdalen (ca. 700 m)!
31. *D. montanum* Hedw. st.: Ad lignum putridum prope Visdalssætrene (900 m)!
32. *D. albicans* Br. eur. st.: (Zt.) In Galdhø non rarum inter 1200 et 1800 m! Gjendeboden (Bryhn).
33. *D. elongatum* Schleich. c. fr.: Lauvhø (Zt. hb.); in Vis-

dalen! St. in Lejrdalen et in Galdhø, ubi ad 1800 m usque frequens!

34. *D. congestum* Brid. c.fr.: Præstsæterfjeldene (Zt. hb.)
35. *D. fuscescens* Turn. c.fr.: Røshejm, ad lignum putridum prope Visdalsætrene (900 m)! St.: Raubergstulen! C. fr.: Gjendin (F. R.)
36. *D. brevifolium* Lindb. c.fr.: Circum Røshejm satis frequens! In Visdalen prope pontem fluminis Gokkra!
37. *D. scoparium* (L.) st.: Lauvhø (Zt. hb.); Visdalen!
38. *D. Bergeri* Bland. st.: Røshejm! Præstsæterfjeldene (Zt. hb.); c.fr.: Raubergstulen! st.: Storådalen (F. R.)
39. *D. undulatum* Ehrh. c.fr.: Visdalsætrene!
40. *Campylopus Schwarzii* Sch. st.: Supra Vettisæteren (Bryhn).
41. *Fissidens osmundoides* (Sw.) st.: Hoft!
42. *Blindia acuta* (Huds.) c.fr.: (rara: Zt.) frequens circa Røshejm, in Visdalen! Gjendin (Bryhn, F. R.)
43. *Ceratodon purpureus* (L.) c.fr.: Frequens usque supra Raubergstulen! Sterilis in planitiem circum Juvvatn ascendit!
44. *Ditrichum tortile* (Schrad.): Jotunhejm in regione alpina (Krause sec. Warnstorf).
45. *D. flexicaule* (Schleich.) c.fr.: Røshejm! Lauvhø (Zt. hb.)
var. densum st.: Røshejm, Visdalen!
46. *D. glaucescens* (Hedw.) c. fr.: Prope Røshejm, in Lejrdalen!
47. *Distichium capillaceum* (L.) c.fr.: Circum Røshejm frequens, in Visdalen!
48. *D. inclinatum* (Hedw.) c. fr.: Røshejm, Visdalen!
49. *Pottia latifolia* Schwägr. (forma mutica) c. fr.: Visdalen in altit. ca. 750 m! Galdhø (Bryhn).
50. *Didymodon rubellus* (Hoffm.) c. fr.: frequens!
var. intermedius Limpr. c.fr.: Galdhø!
51. *Desmatodon latifolius* (Hedw.) c.fr.: (Zt.) Frequens circa Røshejm, in Visdalen, prope Raubergstulen! Sulhejms Storhø et ad litus boreale lacus Bygdin prope Nybud (Bryhn).
52. *Barbula icmadophila* Sch. st.: Ad saxa riparia fluminis Bævra prope Røshejm passim!
53. *B. fallax* Hedw. st.: Røshejm!

54. *B. tortuosa* (L.) st.: Ibidem!
 55. *B. fragilis* (Wils.) st.: Røshejm, Visdalen!
 56. *B. mucronifolia* Schwägr. c. fr.: (parce: Zt.) Røshejm (S. M.)
 Visdalen!
 57. *B. aciphylla* Br. eur.: Præstsæteren (Zt.)
 58. *B. ruralis* (L.) c. fr.: Lomseggen (Zt.); non rara! Etiam, sed
 sterile, prope Juvvatn!
 59. *Grimmia platyphylla* Mitt. st.: Plantas singulas cæspiti Sphagni
 squarrosi ad flumen Bævra prope Røshejm lecto immixtas
 reperi!
 60. *G. apocarpa* (L.) c. fr.: (Zt. hb.) Frequens!
 61. *G. alpicola* Sw. c. fr.: Juxta flumen Bævra prope templum
 Galde (S. M.)
 62. *G. contorta* (Wahlenb.) c. fr.: In partibus editioribus alpis
 Galdhø passim, usque ad latus nivis æternæ Styggebræen,
 2044 m. (S. M.)

Dignitas specifica *Grimmiæ Hageni* Kaur. (Nyt. Mag. for
 Naturv. t. XXXI pag. 217) mihi valde dubia videtur, postquam
 Gr. contortam a cl. domina S. Møller 17/8 1888 prope Stygge-
 bræen lectam vidi.

Rev. Kaurin Gr. Hageni colore inferne fusco, superne luteo,
 foliis brevioribus, inferne latoribus, strictis, costa sub apice
 dilatata, cellulis irregulariter incrassatis, porosis, a Gr. con-
 torta distinxit. Sed color et directio foliorum casu modo aliquo
 erti esse videntur; omnibus aliis notis enim congruit cum
 planta ad Styggebræen lecta, quæ rursus forma Gr. contortæ
 est, licet foliis brevioribus incurvisque et tela cellulari undulata
 atque porosa discrepans. Quæ discrimina autem parvi momenti
 sunt. Auctores (Juratzka, Boulay) enim indicant, Gr. contor-
 tam locis aridis ventosis depauperatam ita foliatam esse, et,
 quod ad rete attinet, transitiones sese præbent; quum in planta
 prope Styggebræen nata folia occurrunt, quorum rete cum illo
 typico Gr. contortæ quadrat, tum in Gr. contorta cellulas un-
 dulatas porosas supra basim juxta costam sæpe vidi; quin
 etiam in specimine, quod veram Gr. contortam esse ob folia
 e basi erecta patentia, longe lineali-lanceolata, sicca maxime

crispa nullum dubium esse potest, rete totum ut in Gr. Ha
geni optime porosum irregulariterque incrassatum inveni!

Itaque ex iis, quæ adsunt, stirps a rev. Kaurin descripta
vix aliud esse videtur atque forma Gr. contortæ (= Gr. in-
curva Schwaegr.?), ob habitum peculiarem pro specie propria
imponens. Quod quomodo re vera se habeat, investigationi-
bus ulterioribus in natura instituendis dirimendum est.

63. *G. torquata* Grev. st.: (Zt.) Frequens!
64. *G. funalis* (Schwägr.) c. fr.: (Zt.) Røsheim!
var. epilifera st.: Lauvhø (Zt. hb.)
65. *G. elatior* Br. eur. *var. subfunalis* Limpr. st.: Røsheim (Zt.
hb.!)*)
66. *G. Doniana* Sm. c. fr.: „In Sulhejms Storhø, in Lomseggen,
in Lauvhøen, ad Hejlstugubræen atque præcipue abundans
supra Røsheim“ (Zt. R. Gr. pag. 82). Røsheim, Visdalen,
Lejrdalen!
67. *G. ovata* W. M. c. fr.: (Zt.) Røsheim (Bryhn!) Visdalen!
68. *G. commutata* Hüb.: „Prope Sulheim . . . ad altitudinem
1500 ped. eam legimus, sporangia tamen albida frigore emor-
tua gerentem“ (Zt. R. Gr. pag. 89 & hb.); c. fr.: Røsheim
(S. M.)
69. *G. montana* Br. eur. st.: Juxta Røsheim (Zt. R. Gr. pag. 91).
70. *G. alpestris* Schleich.: „Paucis locis legimus ut in Lomseggen
et in Sulhejms Storhø“ (Zt. R. Gr. pag. 93. Forsan G. Un-
geri). Ad saxa juxta Styggebræen (2044 m.)!
71. *G. Ungerii* Jur.: Sec. beat. Lindberg (Medd. af Soc. p. F. F.
fenn. 9, pag. 159) Zt. hanc plantam in „Lomfjellet“ legit.

*) In enumeratione Bryinearum Dovrensi-um (Kr.a Vid. Selsk. Forh. 1888
nō. 6) cl. Kindberg præter Grimmiam papillosam suam (= Gr. elatiorem
var. subfunalem) affert: „*G. elatior*. „Dovre“ Zetterst. revis. Grim.
Scand.“ Re vera beat. Z. in rev. Grimm. Scand. pag. 79 Grimmiam elati-
torem et e Dovre et e Lom indicat. Sed duas formas hujus speciei
distinguebat, infraalpinam et alpi-genam, quarum illa Gr. elatior typica,
hæc autem var. subfunalis est. Et e speciminibus in herbario ejus re-
lictis et e catalogo muscorum, in opere „Grimmieæ et Andreææ exsiccatæ“
inscripto divulgatorum, (opus ipsum non vidi) elucet, eum formam alpi-
genam „subfunalem“ in Dovre (ad Kongsvold) et in Lom reperisse, sed
nihil ostendit, formam typicam infraalpinam quoque his locis legisse.

72. *G. mollis* Br. eur.: „In superiore parte montis Lomseggen
. . . . abundans, st.“ (Zt. R. Gr. pag. 95).
73. *G. elongata* Kaulf. c. fr.: Circa Røshejm præcipue ad ripas
petrosas flum. Bævra (Zt. hb. S. M.!)
74. *G. unicolor* Grev. st.: (Zt.)
75. *Rhacomitrium aciculare* (L.) st.: Røshejm (Zt. R. Gr. pag. 112)
76. *Rh. sudeticum* (Funk) st.: (Zt. R. Gr. pag. 116); Fleskenåsdalen (sec. Bryhn).
77. *Rh. heterostichum* (Hedw.) c. fr.: Gjendin (F. R.)
78. *Rh. fasciculare* Schrad. st.: Lomseggen, Lauvhø (Zt. hb.)
79. *Rh. microcarpum* (Hedw.): „Ubique vulgare Prope
Præstæteren plantam legi fructiferam, ad terminum arboreum
appropinquatum; sed supra 3500 ped. eam semper sterilem
esse observavi“ (Zt. R. Gr. pag. 125). Sulhejms Storhø (st.,
Zt. hb.); Røshejm, Lejrdalen (c. fr.!), prope Juvvatn (st.!)
80. *Rh. lanuginosum* (Hedw.) st.: Frequens! „In summo apice
montis Lomseggen (6500 ped.)“: (Zt. R. Gr. pag. 127).
81. *Rh. canescens* (Hedw.): (Zt. R. Gr. pag. 131). Circum Røshejm
ad ripas fluminis Bævra fræquens, etiam c. fr.!
var. ericoides st.: Røshejm! Visdalsstætrene! Hejlstugubræen
(Zt. hb.). Prope Juvvatn! Gjendin (F. R.)
82. *Hedwigia ciliata* (Dicks.) st.: Røshejm!
83. *Coscinodon pulvinatus* Spreng. c. fr.: „Circum Røshejm et
Sulhejm frequens, in Lomseggen et Lauvhø supra limitem
arborum ascendit“ (Zt.); Røshejm, Visdalen! Tussehø (S. M.)
84. *Amphoridium lapponicum* (Hedw.) c. fr.: Røshejm!
85. *A. Mougeotii* (Br.) st.: (Zt.) Røshejm!
86. *Orthotrichum anomalum* Hedw. c. fr.: Visdalen (750 m)!
87. *O. lævigatum* Zett. c. fr.: Røshejm, ubi abundans! Visdalen!
Prope templum Galde (S. M.)
88. *O. rupestre* Schleich. c. fr.: Lomseggen (Zt. hb.); Røshejm,
Visdalen!
89. *O. obtusifolium* Schrad. st.: Visdalen!
90. *O. Killiasii* C. Müll. c. fr.: Visdalen!
var. macrolephare: Lomseggen (Moe sec. Hartm. Skand. Fl.)

91. *O. alpestre* Hornsch. c. fr.: Circum Røshejm et in Visdalen frequens!
92. *Encalypta rhabdocarpa* Sch. c. fr.: Sulhejm (Zt. hb.); Røshejm, in Visdalen frequens!
93. *E. ciliata* Hedw. c. fr.: Røshejm, Visdalen!
94. *E. brevicollis* Br. c. fr.: Hoft, Visdalen!
95. *Tetraphis pellucida* (L.) c. fr.: Røshejm (S. M.) Prope Visdalssetrene!
96. *Dissoeton Froelichianus* (Hedw.): Præstseteren (Zt.)
97. *D. splachnoides* (Thunb.) st.: Lomseggen (Zt. hb.)
98. *Tayloria tenuis* (Dicks.) c. fr.: (Zt.) Circum Raubergstulen et in Galdhø usque ad 1500 m! Gjendeshejm (Bryhn).
99. *Tetraplodon mnioides* (L.) c. fr.: (Zt.) Raubergstulen, Galdhø! Biti (Bryhn).
100. *Splachnum sphaericum* Sw. c. fr.: (Zt.) Visdalssetrene, Raubergstulen, Galdhø! Skineggen (Dr. A. Peter).
101. *S. vasculosum* L. c. fr.: (Zt.) Hoft, Raubergstulen! Galdhø (Bryhn).
102. *Funaria hygrometrica* (L.) c. fr.: Røshejm!
103. *Mielichhoferia nitida* Hornsch.: (Zt.) Circum Røshejm st. frequens! Fructiferam ibidem leg. S. M.
var. elongata st.: Røshejm!
104. *Leptobryum pyriforme* (L.) c. fr.: Repp, Visdalen!
105. *Webera acuminata* (Hornsch.) c. fr.: Raubergstulen, Galdhø! Skineggen (S. M.). Dioica, sed floribus masculis gemmiformibus terminalibus facile distingvenda.
106. *W. longicollis* (Sw.) c. fr.: Sulhejm (Zt. hb.); Røshejm!
107. *W. nutans* (Schreb.) c. fr.: (Zt. hb.) Frequens! Saltem ad altitudinem 1800 m. usque (*var. bicolor*) ascendens!
108. *W. cucullata* (Schwägr.) c. fr.: (Zt.) Circum Raubergstulen frequens et optime vigens; in Galdhø altit. 15—1600 m formam macriorem legi! Prope Juvvatn (S. M.)
109. *W. crassidens* (Lindb.) c. fr.: Singulam capsulam in cæspite Bryi Holmgreni, e Galdhø proveniente, observavi!
110. *W. cruda* (L.) c. fr.: Frequens!

111. *W. annotina* (L.) st.: Ad ripas fluminis Bævra prope Røshejm, in Galdhø!
112. *W. commutata* Sch. st.: „Lomsfjeldene“ (Zt. hb.); c. fr.: Gjendin et Storådalen (F. R.); Vetti (Bryhn).
113. *W. gracilis* (Schleich.) c. fr.: In arena fluminum Bævra et Visa vulgaris! Formam elongatam sterilem gemmiferam (Bryum filum Sch. Synops. ed. 2 pag. 470) in arena flum. Visa prope Hoft legi. Sec. cl. Boulay hæc forma in *W. gracilem* transgreditur.
114. *W. pulchella* (Hedw.): Røshejm (sec. Bryhn).
115. *W. albicans* (Wahlenb.) st.: Lomseggen (Zt. hb.)
var. glacialis st.: Sulhejms Storhø (Bryhn); in rivulis supra Raubergstulen sociis Bryo Duvalii, Scapania irrigua cet. læte proveniens!
116. *Bryum arcticum* (R. Br.) c. fr.: Passim, circum Røshejm, in Visdalen!
var. minor Kaur. (*B. micans* Limpr.) c. fr. prope Røshejm!
117. *B. purpurascens* (R. Br.) c. fr.: Non rarum, in arena fluminis Bævra prope Røshejm! Raubergstulen et Galdhø! Visdalen (Hartm. Skand. Flora)!
118. *B. Brownii* Br. eur. c. fr.: Moe sec. cl. Philibert (Rev. bryol. 1886 pag. 19.)
119. *B. pendulum* (Hornsch.) c. fr.: In Visdalen frequentissimum!
120. *B. archangelicum* Br. eur. c. fr.: Ad terram nudam macram in Bæverdalen circum Røshejm frequens! et prope templum Galde (S. M.) In Visdalen!
121. *B. Moëi* Sch. c. fr.: „Bæshøgda“ Moe in herb. univ. Christ. False Sch. in Synops. ed. 2 pag. 418 „Boshøgden“ scribit. (An re vera Beshø?). Mihi dictum est, hanc speciem raram prope Røshejm quoque ad rupem madidam socia Saxifraga Cotyledone observatam esse.
122. *B. inclinatum* (Sw.) c. fr.: Røshejm!
123. *B. Holmgreni* Lindb. c. fr.: Ad viam inter templum Galde et Raubergstulen! Galdhø! — Præcedenti affine, sed sporis fuscis et præcipue textura exothecii satis diversum.
124. *B. uliginosum* Br. c. fr.: Visdalen!

125. *B. pycnoder mum* Limpr. c. fr.: Visdalen!
 126. *B. intermedium* Brid. c. fr.: Circum Røsheim passim; ad ripas rivuli e monte Sulhejms Storhø defluentis pulcherrimum!
 127. *B. cuspidatum* Sch. c. fr.: In Bæverdalen prope templum Galde (S. M.) Visdalen!
 128. *B. cirratum* Hornsch. c. fr.: Circum Røsheim et Raubergstulen minime rarum! Visdalen (Zt. hb.)
 129. *B. pallescens* Schleich. c. fr.: Sulhejm (Zt. hb.) Frequens circa Røsheim, in Visdalen!
var. boreale c. fr.: ibidem!
 130. *B. alpinum* L.: (Zt.)
 131. *Bryum gelidum* mihi in sched.

Characteres. Compacte cæspitosum, parce radiculosum, apice rufum, filiforme; folia erecta, concava, ovata, apicalia ovato-lanceolata, omnia acuta, sub apice obtuse dentata, non limbata, margine recta, costa sub vel in apice evanida, rete laxum. Sterile solum cognitum.

Descriptio. Cæspites tumidos, compactos, inferne fuscos, radiculis parvis brunneis papillulosis contextos, zonis conspiciuis interdum arena deposita distinctis notatos, inde pallide ochraceos, superne rufo-brunneos vel squalide olivaceos, ipso apice læte luteo- et viridi-variegatos, opacos formans, filiforme, parce ramosum — subsimplex, ad 7 cm usque longum, ca. 0.65 mm crassum.

Caulis flexuosus, rubro-fuscus, summo apice solo viridis, ca. 0.14 mm diametro metiens, rotundato-pentagonus, fragilis.

Folia ad basim innovationum remota, ad apicem earum imbricata, angulis vix vel breviter angustequae saltem decurrentibus, costa tamen longe et late decurrente, erecta — erecto-patentia, inferiora innovationis cujusque minora (ca. 0.5 mm longa, 0.36 mm lata), late ovata, cetera majora, (0.7—1 mm longa, 0.28—0.37 mm lata, ideo ratio inter latitudinem et longitudinem ut 1 : 2.5—2.7,) ovata vel ovato-lanceolata, summa longiora et angustiora, omnia in apicem raro obtusiusculum, vulgo autem acutum angustata, margine recta, (nunquam recurva,) dimidio inferiore integerrima,

superiore obsolete vel obtuse dentata, concava—carinata; costa decurrens, fusca, subflexuosa, valida, (basi ca. 0.06 mm lata), sensim angustior, in vel sub apice dissoluta; cellulæ rhomboideæ — elongato-hexagonæ, ca. 0.05 mm longæ, ca. 0.011 mm latæ, marginales angustatæ, omnes leptodermes vel distinctius et subfusce quidem incrassatæ, intus uniformiter luteo-virides, granulis chlorophylli carentes.

Flores fructusque ignoti.

Ad terram aqua nivali irrigatam alpīs Galdhø altitudine metr. ca. 1850 $\frac{11}{8}$ 1887 legi.

A proximo *Bryo zonato* (cujus specimen a beat. Lorentz lectum scrutari mihi licuit,) differt colore, foliis ad apicem distinctius dentatis, margine nunquam recurvis, præsertim autem cellulis multoties majoribus. A *Bryis alpino* et *Mühlenbeckii* densitate cæspitum, gracilitate, foliorum forma margineque recto et structura, ab illo præterea defectu nitoris, costa non excedente distinguitur.

132. *B. Mildeanum* Jur. st.: Ad ripas flum. Bævra prope Røshejm et Kvamme!

In par. Våge quoque ad ripam flum. Otta juxta Åsoren hanc speciem legi.

133. *B. argenteum* L. st.: Røshejm!

134. *B. claviger* Kaur. st.: Ad ripas flum. Bævra prope Røshejm frequens! Gjendin (F. R.)

Species hæc elegantula multis jam locis zonæ subalpinæ (et alpinæ?) Norvegiæ lecta vix rara est.

135. *B. pallens* Sw. c. fr. Locis uliginosis usque supra Raubergstulen haud rarum!

136. *B. obtusifolium* Lindb. st.: In Galdhø ad terram aqua nivali humectatam haud rarum!

137. *B. Duvalii* Voit st.: In rivulis supra Raubergstulen!

138. *B. ventricosum* Dicks. c. fr. Vulgaris!

139. *B. neodamense* Itz. st.: In Galdhø ad lacum Juvvatn usque!

140. *B. filiforme* Dicks. st.: Ad ripam flum. Bævra prope Røshejm frequens!

141. *B. concinnatum* Spruce st.: Røshejm (Bryhn).

142. *Plagiobryum Zierii* (Dicks.) st.: (Zt.) Røshejm (S. M.)

143. *Mnium undulatum* (L.) st.: Røshejm!
144. *M. serratum* (Schrad.) st.: Visdalen!
145. *M. orthorrhynchum* Br. eur. c. fr.: Lomsfjeldene (Zt. hb.); Visdalen!
146. *M. lycopodioides* Hook. c. fr.: Røshejm (Bryhn).
147. *M. spinosum* (Voit) st.: Ibidem (Bryhn).
148. *M. cinclidioides* (Blytt) st.: In cæspitibus sphagnum ad Hoft et in Visdalen!
149. *M. punctatum* L. st.: Røshejm, Raubergstulen!
150. *M. subglobosum* Br. eur. c. fr.: Hoft!
151. *M. hymenophylloides* Hüb. st.: Circum Røshejm frequens, in Visdalen!
152. *Cinclidium stygium* Sw. c. fr.: Hoft!
153. *Amblyodon dealbatus* (Dicks.) c. fr.: Ad rupes madidas umbrosas et ad terram humidam in Visdalen passim!
154. *Catoscopium nigratum* (Hedw.) c. fr.: Visdalen! Galdhø (Bryhn).
155. *Meesa uliginosa* Hedw. c. fr.: (Zt.) Bæverdalen (Bryhn); Røshejm, Hoft, Visdalen!
156. *Paludella squarrosa* (L.) c. fr.: (Zt.) Hoft, Visdalssætrene!
157. *Aulacomnium palustre* (L.) c. fr.: Røshejm, Visdalen, Raubergstulen!
158. *A. turgidum* (Wahlenb.) st.: (Zt.) In Galdhø frequens; juxta Hoft usque ad 550 m descendit!
159. *Bartramia ithyphylla* Brid. c. fr.: Lomsfjeldene (Zt. hb.); Røshejm!
160. *B. Halleriana* Hedw. c. fr.: In Visdalen juxta pontem flum. Gokkra (ca. 850 m)!
161. *B. Oederi* (Gunn.) c. fr.: Non rara, Røshejm, Visdalen!
162. *Conostomum tetragonum* (Vill.) c. fr.: Sulhejms Storhø (Zt. hb.); Røshejm (S. M.); Raubergstulen, Galdhø! St. ad Juvvatn! Gjendeboden (Bryhn).
163. *Philonotis fontana* (L.) c. fr.: (Zt. hb.) Frequens!

var. borealis mihi.

Characteres. Cæspites densi; caulis filiformis, uniformiter foliosus, folia erecto-patentia, late ovato-lanceolata, obtusa, superne dentata, margine non recurva, concava, costa in apice

dissoluta, rete basilare laxum, apicale densius; cellulæ præcipue apicales dorso mamillosæ.

In alpe Galdhø altit. ca. 1800 m ad terram humidam $11/8$ 1887 legi.

Quamvis habitu longe a typo recedens, vix species propria est.

164. *Timmia bavarica* Hessl. c. fr.: Præstsæterfjeldene (Zt.); Visdalen!
165. *T. austriaca* Hedw. c. fr.: (Zt.) Circum Røsheim sparsa! Visdalssætrene!
166. *Pogonatum urnigerum* (L.) c. fr.: Visdalen, Lejrdalen!
167. *P. alpinum* (L.) c. fr.: (Zt.) Røsheim, Visdalen, Raubergstulen! Galdhø (Bryhn).
var. septentrionale c. fr.: (Zt.) In Galdhø frequens!
168. *Polytrichum piliferum* Schreb. c. fr.: In Galdhø ad altitudinem lacus Juvvatn usque!
? *var. Hoppei* c. fr.: Forma procera, 2.5 cm. alta, seta 4 cm. longa, capsula erecta, aurantia, prope Raubergstulen lecta huic varietati afferenda videtur!
169. *P. strictum* Banks st.: Lomseggen (Zt. hb.); Galdhø! C. fr.: Røsheim!
170. *Fontinalis gracilis* Lindb. st.: Gjendesheim (Bryhn).
171. *Dichelyma falcatum* (Hedw.) st.: Gjendin (F. R.)
172. *Neckera oligocarpa* Br. c. fr.: Bæverdalen (Bryhn); st.: Røsheim!
173. *Leucodon sciuroides* (L.) st.: Circum Røsheim et Hoft ad saxa passim!
174. *Myurella julacea* (Vill.) c. fr.: (Zt.) In Visdalen satis frequens!
175. *M. apiculata* (Hüb.) st.: Røsheim!
176. *Leskea nervosa* (Brid.) st.: Røsheim (Bryhn, S. M.), Visdalen!
177. *Pseudoleskea atrovirens* (Dicks.) c. fr.: (Zt. hb.) Non rara!
178. *P. catenulata* (Brid.) st.: Sulheim (Zt. hb.); Røsheim, Visdalen!
179. *P. tectorum* (Braun) st.: In Visdalen, altit. ca. 700 m!
180. *Thuidium decipiens* de Not. st.: Hoft!
181. *Th. abietinum* (L.) st.: Røsheim!

182. *Th. Blandowii* (W. M.) st.: Hoft! Visdalen prope pontem fluminis Gokkra!
183. *Pterygmandrum filiforme* (Timm) st.: Bæverdalen pluribus locis!
var. heteropterum st.: Røsheim!
184. *Lescuræa saxicola* Mol. st.: „Lomsfjeldene“ (Zt. hb.)
185. *Pylaisia polyantha* (Schreb.) c. fr.: Visdalen!
186. *Climacium dendroides* (L.) st.: Hoft!
187. *Homalothecium sericeum* (L.) st.: Røsheim (F. R.)
188. *Camptothecium nitens* (Schreb.) st.: Hoft! Visdalen!
189. *Brachythecium salebrosum* (Hoffm.) c. fr.: Røsheim (S. M.); st.: Gjendin (F. R.)
**turgidum* st.: Galdhø inter alios muscos!
190. *B. albicans* (Neck.) st.: Lejrdalen!
191. *B. collinum* (Schleich.) c. fr.: Visdalen altit. ca. 750 m!
192. *B. velutinum* (L.) st.: Røsheim!
193. *B. trachypodium* (Brid.) c. fr.: Ibidem (! S. M.). St.: Visdalen!
194. *B. reflexum* (Starke) c. fr.: Visdalssetrene!
195. *B. latifolium* (Lindb.) st.: In rivulis supra Raubergstulen altit. ca. 1200 m! Gjendin (F. R.)
196. *B. rivulare* Br. eur. st.: Hoft (Zt. hb. S. M.) Røsheim (S. M.)
197. *B. plumosum* (Sw.) st.: Prope templum Galde (S. M.)
198. *Plagiothecium pulchellum* (Dicks.) c. fr.: Røsheim, Visdalen!
199. *P. silvaticum* (L.) c. fr.: Røsheim! St.: prope Juvvatn (S. M.)
200. *Amblystegium serpens* (L.) c. fr.: Andvord, Røsheim!
201. *Hypnum chrysophyllum* Brid. st.: „Lom“ in cæspite Camptothecii nitentis (F. R.)
202. *H. stellatum* Schreb. c. fr.: Passim: Røsheim, Visdalen! Præstsæterfjeldene (Zt. hb.); Gjendin (F. R.)
203. *H. aduncum* Hedw. st.: Røsheim (F. R.)
204. *H. intermedium* Lindb. c. fr.: Hoft!
205. *H. eximulatum* Güm. st.: Raubergstulen!
206. *H. revolvens* Sw. st.: Lomseggen (Zt. hb.); c. fr.: Visdalssetrene!
207. *H. uncinatum* Hedw. c. fr.: Frequens; st. (sed floribus masculis et femineis instructum) ad Juvvatn!

208. *H. filicinum* L. c. fr.: Røsheim (S. M.); Visdalen!
209. *H. rugosum* L. st.: (Zt.) Circum Røsheim frequens!
210. *H. arcuatum* Lindb. st.: Gjendin (F. R.)
211. *H. Heufleri* Jur. Circum Røsheim vulgare! Ad Juvvatn!
212. *H. crista castrensis* L. st.: Lejrdalen, Visdalsætrene!
213. *H. palustre* Huds. st.: Røsheim! C. fr.: Visdalen!
214. *H. alpestre* Sw. st.: Lomseggen (sec. Bryhn), Visdalen (Bryhn!); Sulheimssæteren (Zt. hb.); Gjendeboden (sec. Bryhn).
215. *H. dilatatum* Wils. c. fr.: (Zt.) In rivulis frequens!
216. *H. alpinum* Sch.: Prope Spiterstulen Glitretind versus (sec. Bryhn).
217. *H. arcticum* Somft. c. fr.: In rivulo ad radices montis Sulheims Storhø prope Røsheim! In rivulis vallis Visdalen non rarum!
218. *H. polare* Lindb. st.: Ad saxa riparia fluminis Bævra minime rarum: prope templum Galde abundans (S. M.); prope Røsheim frequens!
Flumina Bævra et Otta sequens, ad præd. Åsoren paroec. Våge saltem descendit.
219. *H. ochraceum* Wils. st.: Circum Hoft et Røsheim sub variis formis frequens! In rivulis supra Raubergstulen!
220. *H. Breidlereri* Jur. c. fr.: Visdalsætrene (900 m)!
221. *H. giganteum* Sch. st.: Hoft!
222. *H. Schreberi* Willd. c. fr.: Lomseggen (Zt. hb.); st.: Raubergstulen!
223. *H. purum* L. st.: Prope Røsheim caespiti *H. Heufleri* interspersum (F. R.)
224. *H. stramineum* Dicks. st.: Lejrdalen, Præstsæterfjeldene (Zt. hb.); c. fr.: Raubergstulen! st.: in alpe Galdhø ad 1800 m. usque! Gjendin (F. R.)
225. *H. trifarium* W. M. st.: Røsheim (sec. S. M.)
226. *Hylocomium splendens* (Hedw.) st.: frequens!
var. alpinum st. ad Juvvatn!
227. *H. umbratum* (Ehrh.) st.: Prope templum Galde (S. M.)
228. *H. triquetrum* (L.) st.: Røsheim!
-